



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1656**

§. 227. Et prætereuntes blasphemabant eum. v. 29.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45533**

ad te solamen unicum nostrum, quem a longe quasi stellam matutinam & solem iustitiae lacrimantibus oculis in littore cœlestis patriæ nos expectantem vidimus. En ad te clamamus redempti tui: sed adhuc exules, Exaudi nos Deus salutaris & spes omnium finium terra & in mari longe.

§. 227. Et prætereuntes blasphemabant eum. v. 29.

Non latet erat infernis potestatibus & inuidis Ministris earum, corpus Domini affixissæ cruci, ad dolorem mortis, reputasse cum inquis ad contemptum supinum, & spoliasset ad nuditatem, sed, ecce vulnerantiam eius blasphemis, contra Deum dictis.

O Ingratitudinem dum in ipsa actione est, vt nos saluet, & redimat a fūcibus diaboli, mortis, inferni, perpetuis carceribus, & tormentis: ibi danur Christo pro gratia, & compensa, iniuria, blasphemie, mendacia, obiectiones, ludibria, & irrisiones beneficiorum eius. O Patientiam, qua maiornon apparuit in orbe Terrarum.

§. 228. Monentes capita sua. v. 29.

Quantum ex textu Euangelistarum colligere possum, quatuor erant differentiae hominum peruersorum illudentium Christo. primi sedentes, qui eum obseruabant donec expiraret, ne euaderet, aut ne aliquis eum viuum de cruce deponeret. Secundi erant prætereuntes qui eum blasphemabant, hi enim erant omnis generis homines de ciuitate in ciuitatem Hierosolymorum properantes, rustici & vulgares homines qui circa locum crucis & præsertim ante oculos Christi transibant fortuna ita ferente, vel sponte oberrantes, vt otiosi. Tertiij erant stantes, quarti erant pendentes, vii latrones, de quorum numero in Matthæum scripsi §. 221. Itaq; non solum ab omnis generis hominibus cruciatus est Dominus, sed etiam in quolibet situ eorum, vt plenissima esset nostra redemptio. & hi omnes suos peculiares, præter communes modos cruciandi Dominum adhibuerunt, quasi certantes quis acutius posset Christum torquere.

I Es bone Domine, vt video aggrauatum est prælium contra te, inuenientq; te sagittarij & vulnerauerunt iaculis. Ita est, sane: sed nisi prius amore salutis vestrae sauciatus fuisses, nunquam te malignantium tela iaculari potuissent. Nunc autem in gratiam nostri, temetipsum Patri cœlesti, obtulisti, qui hanc eis ad horam fecit potestatem, vt reduceretur per te, quod erat alienatum a te. Fecisti quod faciunt quorum cutis in manu adusta est aliquantum casu. Isti carnem læsam amplius foco applicant & dolorem